



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

22. Dom. 2 post pascha. de bono pastore. loan. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

48 MEDITATIONES IN
DOMIN. II. POST PASCHA.
*Miseri-
cordia..*
De bono Pastore. Ioan. 10.

1. **D**IXIT IESVS turbis. (*Ego sum pastor bo-*
nus. Bonus pastor animam suam dat pro-
ouibus suis) Considera omnes, qui curam
habent aliorum, esse pastores, ut superio-
res respectu subditorum, patrem familias
domesticorum, magistros discipulorum
confessarios penitentium, concionato-
res auditorum, & quemlibet respectu sua-
rum potentiarum, & membrorum. 2. con-
sidera, tunc te bonum esse pastorem tui,
vel tuorum, cum eos pascis & regis, verbo,
exemplo, & cibo corporali & spirituali. O-
uem verò bonam, cum simplex es, humi-
lis, innocens, obediens, utilis in omnibus
aliis, & patiens in aduersis. 3. tunc animam
tuam ponere pro ouibus, quando contra
lupes, mundum, & dæmonem oues tuas
intellectum, voluntatem, sensus cohibus,
ne in peccatum consentiant, & potius vis-
mori, quam vt peccatum mortale per vi-
sum v.c. vel tactum committatur.

2. *Mercenarius autem, & qui non est pastor,*
viso lupo dimittit oues & fugit. Considera,
tunc te esse mercenarium, quando in actio-
nibus tuis bonis, ut concionibus, lectioni-
bus,

A.
orbo
ut pro
uram
perio
nilias
orum
nato
i sua
. con
n tui,
erbo,
ali O-
hum-
nibus
imam
contra
rs tuas
hibes,
ius vis
per vi-
pastor,
sidera,
n actio-
ctioni-
bus,
bus

DOMIN. TOTIVS ANNI. 49

bus, frequentatione templi, quæris mercedem temporalem, vel gloriam, nō Dei, sed mundi, ut magnificas scilicet. 2. quando luppo veniente, id est, tentatione carnis vel mundi orta, non resistis, non castigas vel mortificas carnē iejunij, cilicijs, vigilijs, sed fugis omnem pœnitentiam, & finis oues tuas vinci à malo temptationis & deuorati 3. cogita te amittere nomen pastoris & Domini, quia oues potius dominantur tibi, quam tu illis *Qui enim peccat, seruus est peccati*; ac proinde & carnis suæ, à qua *Ioan. 8.* *Gal. 5.* per peccatum spiritus vincitur.

Ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, quæ oportet me adducere. Considera bonorum pastorum esse cognoscere & diligere oues, cognosciq; & diligi ab ouibus. itaq; bonum te tui pastorem fore, si bene cognoueris te ipsum tuarum q; virium imbecillitatē, imperfectiones & lapsus quotidianos, in eosq; per examen inquisieris: tūc aut te agnisci & diligi ab ouib. tuis, id est, potentissimis animi & corporis, quādo rationi & voluntati subiectæ erunt 2. cogita, si bonus pastor esse velis, vt studeas et ad ouile Ecclesiæ Catholicæ adducere hæreticos, & infideles doctrinæ, & exemplo vitæ sanctæ.

P DO-